



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 8. Alii Canones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. leberrimus; sive autem Episcopo Constantinopolitano novus honor obtigerit, A. C. 381. sive jam antea jus possessionis habuerit, gravissima fuerunt, quæ inde secuta sunt, brevique hæc simplex Dignitas in amplissimam jurisdictionem excrevit. (*)

§. VIII.

Alii Canones.

Can. 6. Ut tolleretur occasio facillime Episcopos calumniandi, statuit Concilium, ne liceret omnibus sine discrimine Episcopum accusare. Si causa sit particularis, & Personalis, tunc quidem nec accusatoris conditio, nec Religio ei nocebit, quia cuique jus suum tribuendum. Si causa sit Ecclesiastica, nec Hæreticus, aut Schismaticus, nec Laicus excommunicatus, nec Clericus depositus contra Episcopum in judicio stare poterit. Si quis ipse reus stet in judicio, Episcopum, aut Clericum accusare non poterit, antequam se ipsum plene

(*) Hic R. P. Balduinus objicit: Dominus Fleurius nullam mentionem facit de Concilii Romani Decreto Ecclesie Romanæ favente, quod Patriarchatui Constantinopolitano opponitur. Sæpissime refert Fleurius, Summos Pontifices illi Canoni Concilii Constantinopolitani, qui illius urbis Episcopo secundum post Episcopum Romanum locum, & Jurisdictionem in alios Orientis Episcopos tribuebat, omni conatu obstitisse. Ergo nulla hic malæ fidei umbra.

plene purgaverit. Si accusatores sint ^{Sæculum IV.}
 omni exceptione majores, coram omni- A. C. 381.
 bus Provinciæ Episcopis accusationem
 proferent. Si Concilii Provincialis non
 sit sufficiens auctoritas, ad Concilium
 Majus, id est, Diœcesanum recurrent.
 Non admittetur actor, antequam scri-
 ptum juramentum tradat, eandem pœ-
 nam subiturum, si calumniæ fuerit con-
 victus. Si quis spreto hoc canone Im-
 peratori, aut Judicibus sæcularibus im-
 portunus accidere ausus fuerit, vel Con-
 cilium Oecumenicum turbare, ad accusa-
 tionem afferendam non admittatur. Nec
 iste Canon Papæ, aut Canonum Sardi-
 censium mentionem facit. (*)

Concilium Constantinopolitanum etiam de modo recipiendorum hæretico-
 rum ad Ecclesiam Catholicam redeun- *Can. 7.*
 tium decernit. Ariani, Macedoniani,
 Sabbatiani, Novatiani, qui se ipsos Ca-
 thares,

Ss 4

(*) Hic iterum Anonymus I. animadvertit;
 solum Silentium non sufficere ad derogandum
 Auctoritati Capitis Ecclesiæ. Appellationes ad
 Papam Concilii Sardicensi, & Niceno Antiquio-
 res, & fundatas in Potestate amplissima ligandi,
 & solvendi, a Jesu Christo S. Petro collata, ab ali-
 quo Concilio Orientalium abrogari non potuisse.
 Eidem Concilio, quod in Divisione Magnarum
 Diœcesium nullam de Occidente Mentionem fe-
 cit, unice propositum fuisse, Ecclesiæ Orientalis
 Disciplinam definire.

Sæculum IV. thares, seu Aristeres dicunt, Quartodeci-

A. C. 381.

marii, & Apollinaristæ, si abjurati-
 formulam tradiderint, & omni hæresi re-
 nuntiaverint, recipiuntur; primo eis de-
 tur sigillum, seu unctio S. Chrismatis in
 fronte, in oculis, in naribus, in ore, & in
 auribus; dumque unctio fit, dicitur:
Sigillum doni Spiritus S. at vero Euno-
 mianos, qui unica immersione baptizati
 sunt, Montanistas, seu Phryges, Sabellia-
 nos, aliosque Hæreticos, præsertim, qui
 ex Galatia adveniunt, eo, quo Gentiles,
 modo recipimus. Prima die eos Chri-
 stianis adscribimus, secunda Catechume-
 nis, tertia exorcizamus, postquam ter eo-
 rum vultum, & aures afflavimus; ita in-
 formamus eos, diutius in Ecclesia audien-
 dis Scripturis detinemus, & tandem ba-
 ptizamus. In Euchologio Græcorum ea-
 dem unctiones, & eadem verba pro Sa-
 cramento Confirmationis inventiuntur.
 Hæretici autem, quos Concilium bapti-
 zari jubet; vel non erant baptizati, vel
 non secundum Ecclesiæ formam; nempe
 iidem sunt, & ex illa Regione de quibus
 loquitur S. Basilius in prima sua epistola
 Canonica ad S. Amphilo-
 chum, & quorum
 baptismum declarat esse nullum.

Euchol. p.
64. post
Bapt.

Sup. XVII.
§. 14.

Canon particularis in Concilio Con-
 stantinopolitano de communione cum Ec-
 clesia Antiochena legitur in hæc verba:
Can. 5. Quod spectat ad Tomum Occidentalium;
etiam

etiam illos Antiochenos recipimus, qui unicam Divinitatem Patris, & Filii, & Spiritus S. confitentur. Sæculum IV. A. C. 381. Tomus iste Occidentalium haud dubie epistolæ sunt ad defensionem eorum, qui Paulinum sequebantur, scriptæ, quales autem fuerint præcise dici non potest. Hæc omnia sunt, quæ in Concilio Constantinopolitano statuta.

Episcopi Epistola Synodali ad Imperatorem Theodosium data, & summatim enarratis, quæ pro fide, & Disciplina egissent, subjungunt: *Rogamus igitur, ut Decreta Concilii tua auctoritate confirmes, & sicut epistolis convocationis Ecclesiam honorasti, ita etiam statutis nostris clausulam, & sigillum apponas.* (*) Post hanc
Ss 5 episto-

(*) Hier kommt wiederum eine wilde und ungebundene Anmerkung des Uebersetzers. Obnerachtet, saget er: die Väter dieses Concilii mit ihrer Unterschrift bekennen, daß Theodosius dasselbe zusammen berufen habe, und daß er auch auf die Schlüsse desselben sein Siegel drucken müsse; so hat sich doch Baronius erkühnet zu behaupten, daß Damasus der Urheber dieses Concilii sey.

Es ist in der ersten Anmerkung zu diesem Buch erwiesen, daß dieses Concilium nicht ohne Vorwissen des Heil. Damasus sey berufen worden. Ja wann auch dieses nicht wäre, so zürnet der Uebersetzer dennoch vergeblich über den Cardinal, und gewinnt

Sæculum IV. epistolam sequuntur septem canones.
A. C. 381. Primus, quo fides Nicæna confirmatur,
 & nominatim novi hæretici damnantur.
 Secundus, quo divisio Provinciarum, &
 primarum Ecclesiarum privilegia assignantur.
 Tertius, quo secundus locus
 Episcopo

winnet nichts zum Vortheil seiner Kirche. Dom Fleury hat die Frage im ersten Abschnitt dieses Buchs entschieden: toutefois il ne laisse pas d'être reconnu pour le Second Concile ecumenique ou universel, par le consentement, que l'occident a donné depuis à ce qu'il avoit décidé touchant la Foy. Zu deutsch: Nichts desto weniger wird dieses Concilium als das zweyte allgemeine erkannt, durch den Beyfall, welchen die occidentalische Kirche hernach zu demjenigen, was in Glaubens-Sachen ausgesprochen worden, gegeben hat. Und wie hätte dieses Concilium vor diesem Beyfall als ein allgemeines können angesehen werden, wenn im Namen der occidentalischen Kirche niemand beygewohnt?

So hat sich doch Baronius erkühnet zc. Wie dumm ist dieser Ausdruck! Der Hochgelehrte Cardinal Baronius, welchem unser Schmierer das Wasser nicht reichen darf, hat alles mit grosser Aufrichtigkeit geschrieben, und dieser Uebersetzer hat nebst des Fleury auch die Stellen der Heil. Väter unverschämt verfälscht. Der ehrliche Herr Simonetti, weil er im ersten Theile des Fleury die Römische Kirche nicht lästert, und den Fleury aufrichtig übersetzet, konnte seine Edition nicht fortbringen.

Episcopo Constantinopolitano tribuitur. ^{Sæculum IV.}
 Quartus, quo ordinatio Maximi Cynici A. C. 381.
 rejicitur. Quintus de unione Ecclesiæ
 Antiochenæ. Sextus de actionibus con-
 tra Episcopos. Septimus de modo reci-
 piendi hæreticos. Deinde ponitur Sym-
 bolum,

gen, aber unser unbenannte Uebersetzer hat es besser gemacht.

Ferner saget er: im eigentlichen, und näch-
 sten Verstande hat der Kayser (dieses Con-
 cilium) bestätigt. Die rechtgläubigen Kayser
 haben selbst erkannt, daß sie in Glaubens-Fragen
 nichts bestätigen können; und die Kayserliche Be-
 stätigung andrer Schlüsse, wenn sie dazu kömmt, ist
 der Kirche sehr nützlich. Endlich will der Ueberse-
 zer den grossen Heil. Gregorius eines Widerspruchs
 beschuldigen, und saget: Merkwürdig ist, daß
 ein und eben derselbe Pabst Gregorius der
 Gross: geschrieben, daß die Römische Kirche
 weder die Acten, noch die Canones des Con-
 stantinopolitanischen Concilii erkenne, daß er
 aber anderwärts bezeuget, daß er 4 Oecume-
 nische Concilia annehme, wie die 4 Evangelia;
 und indem er dieselben namhaft machet, so ist
 das Constantinopolitanische das zweyte darun-
 ter. Allein ein jeder Schüler in den Kirchen-Geschich-
 ten kann den H. Gregorius von dem Verdacht eines
 Widerspruchs retten, wenn er saget: dieser H. Vater
 rede einmal von den Glaubens-Schlüssen, und das
 andremal nicht. Da haben wir die Urtheilungs-
 kraft unsers Uebersetzers. Endlich sind in der
 deutschen Version die Fehler, so den Fleury ganz
 unverständlich machen, unzählig.

Sæculum IV.
A. C. 381.

p. 945.

bolum, & in exemplis latinis subscriptiones centum, quadraginta septem Episcoporum, in suas Provincias divisorum; primi sunt Nectarius Constantinopolitanus, & Timotheus Alexandrinus. Legitur tamen etiam Nomen Meletii ante Timothei adventum defuncti. Inde conjectura est, toties Episcopos subscripsisse, quoties unum Decretum fuisset abolutum, & qui ultimo advenissent, omnibus antea actis nomen apposuisse. Canonibus Concilii datum appositum est: Scptimo Idus Julii, id est, nona ejusdem mensis.

§. IX.

Lex Ecclesiae favens.

L. 3. Cod.
Theod. de fi-
de Cath.

Socr. V. c. 8.

Soz. VIII.
c. 9.

Theodosius Imperator, Patrum desiderio satisfactorum, legem edidit, datam tertio Kalend. Augusti, id est 30. Julii, eodem anno 381. qua jubet, missa omni mora, omnes Ecclesias tradi Episcopis S. Trinitatem confitentibus, unam Divinitatem in tribus Personis aequalibus credentibus, atque ad communionem admissis sequentium Episcoporum, nempe Nectarii Episcopi Constantinopolitani, in Ægypto Timothei Alexandrini, in Oriente Pelagii Laodicensi, & Diodori Tarsensis, in Asia Proconsulari, & Dicecesi Asiana Amphilocho Episcopi Iconiensis, & Optimi Antiocheni. In Dicecesi Ponti